



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

De ingressu religionis. Quæstio 189.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

mentibus inhaerent. Videntur autem nonnullis res humanas plusquam oporteret deseruisse, non intelligentibus quantum nobis eorum animus in orationibus profit, & vita ad exemplum, quorum corpora, videre non sinimur.

Ad quintum dicendum, quod homo potest solitarii vivere dupliciter. Vno modo, quasi societatem humanam non ferens, propter animi seuitiam. Et hoc est bestiale. Alio modo, per hoc quod totaliter diuinis rebus inhaeret. Et hoc est supra hominem. Et ideo Philosophus dicit in primo Politicorum, quod ille qui alijs non communicat, est bestia, aut Deus, id est diuinus vir.

QVÆST. CLXXXIX.

De Religionis ingressu, in de. em articulos diuisa.

D Eince considerandum est de ingressu religionis,

¶ Et circa hoc quaruntur decem.

- ¶ Primo, vtrum illi qui non sunt exercitati in obseruantia praeceptorum, debeant ingredi religionem?
- ¶ Secundo, vtrum liceat aliquos voto obligari ad religionis ingressum?
- ¶ Tertio, vtrum illi qui voto obligantur ad religionis ingressum, teneantur votum implere?
- ¶ Quarto, vtrum illi qui vouent religionem intra re, teneantur ibi perpetuo remanere?
- ¶ Quinto, vtrum pueri sint recipiendi in religione?
- ¶ Sexto, vtrum propter parentum obsequium aliqui debeant retrahi a religionis ingressu?
- ¶ Septimo, vtrum presbyteri curati, vel archidiaconi possint ad religionem transire?
- ¶ Octauo, vtrum de vna religione possit aliquis transire ad aliam?
- ¶ Nono, vtrum aliquis debeat alios inducere ad religionis ingressum?
- ¶ Decimo, vtrum requiratur magna deliberatio cum consanguineis & amicis ad religionis ingressum?

Utrum illi, qui non sunt in præceptis exercitati, debeant ingredi religionem?

908
quolibet 4.
ar. 2. Et
op. 17. c. 2
usque ad
10. inclu-
sive.

AD primum sic proceditur. Videtur, quod non debeant religionem ingredi, nisi illi qui sunt in præceptis exercitati. Dominus enim consilium perfectionis dedit adolescenti, qui dixerat se præcepta à iuventute seruasse. Sed à Christo sumpsit initium omnis religio. Ergo videtur quod non sint ad religionem admittendi, nisi qui sunt in præceptis exercitati.

¶ 2 Præterea, Gregorius dicit super Ezechielem *, Nemo repente fit summus: sed in bona conuersatione à minimis quis inchoat, ut ad magna perueniat. Sed magna sunt consilia quæ pertinent ad perfectionem vitæ, minora autem præcepta sunt quæ pertinent ad communem iusticiam. Ergo videtur quod non debeant aliqui ad obseruantiam consiliorum religionem intrare, nisi prius fuerint in præceptis exercitati.

¶ 3 Præterea, Sicut ordines sacri habent quandam excellentiam in ecclesia, ita & religionis status. Sed sicut Gregorius scribit Anglorum episcopo *, & habetur in Decretis, dist. 48. Ordinate ad ordines ascendendum est. Nam casum appetit qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus per abruptum querit ascensum. Scimus autem quod adificati patientes non prius tignorum pondus accipiunt, nisi à nouitatis suæ humore siccentur, ne si ante pondera quam solidentur accipiant, cunctam simul fabricam deponant. Ergo videtur quod non debeant aliqui ad religionem transire, nisi in præceptis sint exercitati.

¶ 4 Præterea, Super illud Psalmi, Sicut ablactatus est super matre sua, dicit glossa † In utero matris ecclesiæ, primo concipimur, dum fidei rudimenta instruimur. Inde quasi in utero eiusdem alimur, in iisdem primordijs proficientes. Deinde in lucem educimur.

In Regi-
stro li. 7.
c. 110. u.
med. Et
habetur
d. 48. c. Si-
cus Neo-
phytus.

Psa. 120.
gloss. ord.
ibid.

mur, dum per baptismum regeneramur. Deinde quasi manibus ecclesie portamur, & lacte nutrimur, cum post baptismum in bonis operibus informamur, & lacte spiritualis doctrine proficiendo nutrimur, donec iam grandiusculi à lacte matris accedamus ad mensam patris; id est, à simplici doctrina ubi prædicatur, Verbum caro factum est, accedamus ad Verbum patris in principio apud Deum. Et postea subdit, Quia nuper baptizati in Sabbato sancto, quasi manibus Ecclesie gestantur, & lacte nutriuntur usque ad Pentecosten: quo tempore nulla difficulta indicuntur, non ieiunatur, non media nocte surgitur. Postea Spiritu paracleto confirmati, quasi ab lactari, incipiunt ieiunare, & alia difficulta seruare. Multi verò hunc ordinem peruertunt, vt hæretici, & schismatici, se ante tempus à lacte separantes: vnde extinguuntur. Sed hunc ordinem peruertere videntur illi qui religionem intrant, vel alios ad intrandum inducunt, antequam sint in faciliore obseruantia præceptorum exercitati. Ergo videtur, quòd sint hæretici, vel schismatici.

¶ 5 Præterea, A prioribus ad posteriora est transeundum. Sed præcepta sunt priora consiliis: quia sunt communiora, utpote à quibus non conuertitur existendi consequentia. Quicumque enim seruat consilia, seruat præcepta, sed non conuertitur. Congruus autem ordo est, vt à prioribus ad posteriora transeat. Ergo non debet aliquis transire ad obseruantiam consiliorum in religione, nisi prius sit exercitatus in præceptis.

SED contra est, quod Dominus Matthæum publicanum, qui in obseruantia præceptorum exercitatus non erat, ad consiliorum obseruantiam aduocauit. Dicitur enim Lucæ quinto, quòd relicto omnibus secutus est eum. Non ergo est necessarium, quòd ante aliquis exerceatur in obseruantia præceptorum, quàm transeat ad perfectionem consiliorum.



9. præc.
ar. 1.

RESPONDEO dicendum, quod sicut ex supra dictis patet *, status religionis est quoddam spirituale exercitium ad consequendam charitatis perfectionem: quod quidem fit in quantum per religionis obseruantias auferuntur impedimenta perfectæ charitatis. Hæc autem sunt quæ implicat affectum hominis ad terrena. Per hoc autem quod affectus hominis implicatur ad terrena, nõ solum impeditur perfectio charitatis, sed interdum etiam ipsa charitas perditur, dum per inordinatam conuersionem ad bona temporalia, homo aueritur ab incommutabili bono, mortaliter peccando. Vnde patet quod religionis obseruantia sicut tollunt occasiones peccandi, sicut patet quod per ieiunium, uigilias, & obedientiam, & alia huiusmodi retrahitur homo à peccatis gula, & luxuria, & à quibuscumque alijs peccatis. Et ideo religionem ingredi non solum expedit his qui sunt exercitati in præceptis, ut ad maiorem perfectionem perueniant, sed etiam his qui non sunt exercitati, ut facilius peccata vitent, & perfectionem assequantur.

Gl or. ib.
ex Hier.
super illud Mat.
19. Hæc
cõa seruauit. t. 9
Tra. 8 in
Mat non
multũ re
motè ante
med.
20. 3.

Ad primum ergo dicendum, quod Hieron. dicit super Matth. * Mentitur adolefcens dicens, Hæc omnia seruauit a iuuentute mea. Si enim hoc quod possum est in mandatis, Diliges proximum (cum sicut teipsum, opere compleffet, quomodo postea audiens, Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, tristis recessisset? Sed intelligendum est eum mentitum fuisse quantum ad perfectam obseruantiam huius præcepti. Vnde Origenes super Matth. † dicit quod scriptum est in Euangelio quodam, quod dicitur secundum Hebræos, si placeat alicui suscipere illud, quod cum Dominus dixisset ei, Vade & vende omnia quæ habes, cepit diues scalpere caput suum, & dixit ad eum Dominus, Quomodo dicis, feci legem, & prophetas, cum scriptum sit in lege, Diliges proximum tuum sicut teipsum? Et ecce multi fratres tui filij Abrahæ amici sunt stercore, morientes præ fame, &

domus tua plena est multis bonis, & non egreditur omnino aliquid ex ea ad eos. Itaque Dominus redarguens eum dicit, Si vis perfectus esse, vade, &c. Impossibile est enim implere mandatum quod dicit, Diliges proximum tuum sicut teipsum, & esse diuitem, & maximè tantas possessiones habere. Quod est intelligendum de perfecta impletione huius præcepti. Imperfectè autem & communi modo verum est eum obseruasse præcepta. Perfectio enim principaliter in obseruantia præceptorum charitatis consistit, ut supra habitum * est. Ut ergo Dominus ostenderet perfectionem consiliorum vtilem esse & innocentibus & peccatoribus, non solum vocauit adolescentem innocentem, sed etiam Matthæum peccatorem. Sed tamen Matthæus secutus est vocantem, non autem adolescens: quia facilius conuertuntur ad religionem peccatores, quàm illi qui de sua innocentia præsumunt, quibus dicit Dominus Matth. 21. Publicani, & meretrices præcedunt vos in regno Dei.

9.184. a.
3.

Ad secundum dicendum, quòd summum, & in finem tripliciter accipi possunt. Vno modo in eodem statu, & in eodem homine: & sic manifestum est quòd nemo repente fit summus, quia vnusquisque rectè viuens toto tempore vitæ suæ proficit, ut ad summum perueniat. Alio modo per comparationem ad diuersos status. Et sic non oportet ut quicumque vult ad superiorem statum peruenire, à minori incipiat, sicut non oportet, ut quicumque vult esse clericus, prius in laicali vita exerceatur. Tertio modo quantum ad diuersas personas. Et sic manifestum est, quòd vnus statim incipit non solum ab altiori statu, sed etiam ab altiori gradu sanctitatis, quàm sit summum ad quod alius peruenit per totam vitam suam. Vnde Gregor.* dicit in 2. Dialog. Omnes agnoscant à quanta Benedictus puer conuersationis gratia, & perfectione cepisset.

et p. in lo
post p. in.
et dicitur
ex 4 13 1.
ar. 6.

Ad tertium dicendum, quòd sicut supra dictum est, ordines sacri præexigunt sanctitatem. Sed status

religionis est exercitium quoddam ad sanctitatem affequentiam. Vnde pondus ordinis imponendum est parietibus iam per sanctitatem desiccatis. Sed pondus religionis desiccet parietes, id est homines, ab humore vitiorum.

Ad quartum dicendum, quod sicut manifeste ex verbis illius glossæ apparet, principaliter loquitur de ordine doctrinæ, prout transeundum est à facillioribus ad difficiliora. Vnde quod dicit quosdam hereticos, & schismaticos hunc ordinem peruertere, manifestum est ex sequentibus, ad ordinem doctrinæ pertinere. † Sequitur enim, Hic verò se seruasse (scilicet prædictum ordinem) dicit constringens se maledictio. Sic quasi non modo in alijs sui humilis, sed etiam in scientia, quia humiliter sentiebam, quia prius nutritus lacte, quod est Verbum carofactum, ut sic crescerem ad panem angelorum, id est, ad verbum, quod est in principio apud Deum. Exemplum autem quod in medio interponitur, quod nouiter baptizatis non indicitur ieiunium vsque ad Pentecosten, ostendit quod non sunt ex necessitate ad difficilia cogendi, antequam per Spiritum sanctum interius ad hoc instigentur, ut difficilia propria voluntate assumant. Vnde & post Pentecosten post receptionem Spiritus sancti, ieiunia celebrat Ecclesia. Spiritus autem sanctus, sicut Ambr. † dicit super Luc. non coercetur artibus, non finitur morte, non excluditur alio matris. Et Greg. dicit in Hom. † Pentecosten, Implet citharedum puerum, & Psalmistam facit; implet puerum abstinentem, & iudicem senum facit. Et postea subdit, Nulla ad discendum mora agitur, in omne quod voluerit. Mox enim ut tetigerit, mentem docet. Et sicut dicitur Eccl. 8. Non est in hominis potestate prohibere spiritum. Et Apostolus 1. ad Thesalon. 5. monet, Spiritum nolite extinguere. Et Actuum 7. contra quosdam dicitur, Vos semper Spiritui sancto restitistis.

Ad quintum dicendum, quod præceptorum quædam

gl. cit. in
arg.

l. 1. in Lu
cā, in tt.
de turba
si Zac. cō
fir. 5.
† Ho. 30.
in Euan.
nō remo
sō à sp̄.

dam sunt principalia, quæ sunt quasi fines præceptorum, & consiliorum, scilicet præcepta charitatis, ad quæ consilia ordinantur, non ita quod sine consilijs seruari non possint præcepta, sed ut per consilia perfectius obseruentur. Alia verò sunt præcepta secundaria, quæ ordinantur ad præcepta charitatis, ut sine quibus præcepta charitatis obseruari non possint omnino. Sic ergo perfecta obseruantia præceptorum charitatis præcedit intentione consilia, sed interdum tempore sequitur. Hic est enim ordo finis, respectu eorum, quæ sunt ad finem. Obseruantia verò præceptorum charitatis secundum communem modum, & similiter alia præcepta comparantur ad consilia, sicut commune ad proprium: quia obseruantia præceptorum potest esse sine consilijs, sed non conuertitur. Sic ergo obseruantia præceptorum communiter sumpta, præcedit ordine naturæ, consilia: non tamen oportet quod tempore, quia non est aliquid prius in genere, quam sit in aliqua specierum. Obseruantia verò præceptorum sine consilijs ordinatur ad obseruantiam præceptorum cum consilijs: sicut species imperfecta ad perfectam, sicut animal irrationale ad rationale. Perfectum autem naturaliter prius est imperfecto. Natura enim, ut Boetius dicit, à perfectis sumit initium. Nec tamen oportet quod prius obseruentur præcepta sine consilijs, & postea cum consilijs: sicut non oportet quod aliquis prius sit asinus quam sit homo, vel quod prius sit coniugatus quam sit virgo. Et similiter non oportet, quod aliquis prius seruet præcepta in seculo, quam transeat ad religionem, præsertim quia conuersatio secularis non disponit ad perfectionem religionis, sed magis impedit.

ARTIC. II.

Utrum debeant aliqui voto obligari ad religionis ingressum?

AD secundum sic proceditur. Videtur, quod non debeant aliqui voto obligari ad religionis ingressum. Per professionem enim voto aliquis religioni attrin-

Aaa 3 gitur.

909
Su 9 188
art. 5. Et
quol. 3. a.
11. op.
17. t. a. 11.
22. 13

gitur. Sed ante professionem conceditur annus probationis, secundum regulam B. Benedicti, & secundum statutum * Innocentij Tertij, qui etiam prohibuit ante annum probationis completum, eos per professionem religioni astringi. Ergo videtur, quod multo minus adhuc in seculo existentes debeant voto ad religionem obligari.

hatur
17 q. 2.
* in Dec.
l. si. 31.
de regu
lari. *hatur*
transun
21. ad rel.
c. 16.
* l. 1. c. 31
* in Dec.
d. 45. ca.
de iudicis

¶ 1 Præterea, Greg * in registro dicit, & habetur in Decretis * dist. 45. quod Iudæi non vi, sed libera voluntate, ut conuertantur, suadendi sunt. Sed implere id quod vouetur, necessitatis est. Ergo non sunt aliqui obligandi ad religionis ingressum.

¶ 2 Præterea, Nullus debet alteri præbere occasionem ruinæ. Unde Exod. 21, dicitur, Si quis aperuit cisternam, cecideritque bos, vel asinus in eam, dominus cisternæ reddet pretium fumentorum. Sed ex hoc, quod aliqui obligantur ad religionem per votum, frequenter aliqui ruunt in desperationem, & in diuersa peccata. Ergo videtur, quod non sint aliqui ad religionis ingressum voto obligandi.

est gloss.
Aug hoc
loco 10 8.

SED contra est, quod in Psal. 75, dicitur, Vocate, & reddite Domino Deo vestro. Vbi dicit gloss. * quod quædam sunt vota propria singulorum, ut castitas, virginitas, & huiusmodi. Ad hæc ergo vouenda, nos inuitat sacra scriptura. Sed scriptura sacra non inuitat nisi ad id quod est melius. Ergo melius est, quod aliquis voto se obliget ad religionis ingressum.

q. 88. a. 6

RESPONDEO dicendum, quod sicut supra dictum est, cum de voto ageretur, vnum & idem opus ex voto factum est laudabilius, quam si sine voto fiat, tum quia vouere est actus religionis, quæ habet quædam excellentiam inter virtutes: tum quia per votum firmatur voluntas hominis ad bonum faciendum. Et sicut peccatum est grauius ex hoc, quod procedit ex voluntate obstinata in malum, ita bonum opus est laudabilius ex hoc, quod procedit ex voluntate confirmata in bonum, per votum. Et ideo obligari voto ad religionis ingressum est secundum se laudabile.

Ad

Ad primum ergo dicendum, quod duplex est religionis votum. Vnum solemne, quod hominem facit monachum, vel alterius religionis fratrem, quod vocatur professio: & tale votum debet præcedere annus probationis, ut probat obiectio. Aliud autem est votum simplex, ex quo aliquis non fit monachus, vel religiosus, sed solum obligatus ad religionis ingressum: & ante tale votum non oportet præcedere probationis annum.

Ad secundum dicendum, quod austeritas illa Gregorij ꝑ intelligitur de violentia absoluta. Necessitas autem quæ ex obligatione voti requiritur, non est necessitas absoluta, sed necessitas ex fine: quia, scilicet post votum non potest aliquis finem salutis consequi, nisi impleat volum. Talis autem necessitas non est vitanda: quinimmò ut August. dicit ꝑ ad Armentarium, & Paulinam, Felix est necessitas quæ ad meliora compellit.

Ad tertium dicendum, quod vouere religionis ingressum, est quædam confirmatio voluntatis ad meliora. Et ideò quantum est de se, non dat homini occasionem ruinæ, sed magis subtrahit. Sed si aliquis voti transgressor grauius ruat, hoc non derogat bonitati voti, sicut nec derogat bonitati baptismi, quod aliqui post baptismum grauius peccant.

ARTIC. III.

Utrum ille qui obligatus est voto ad religionis ingressum, teneatur intrare religionem?

AD tertium sic proceditur. Videtur, quod ille qui obligatus est voto ad religionis ingressum, non teneatur intrare religionem. Dicitur enim in Decr. ꝑ 17. q. 2. Gosaldus presbyter quondam infirmitatis passione pressus monachum se fieri promisit: non tamen monasterio, aut abbati se tradidit, nec promissionem scripsit, sed beneficium ecclesiæ in manu aduocati refutauit. Ac postquam cõualuit, monachum se negauit fieri. Et postea subditur, iudicamus & auctoritate Apostolica præcipimus, ut præfatus presbyter

Aaa 4 be-

citata in arg. 2.

ep 45. nõ multum procul a. fi. 10. 2.

910

Su. q 33. a 3. ad 2. q. 401. 3. ar. 12. ꝑ ca 1. incipit, Gosaldus

beneficium, & altaria recipiat, & quietè retineat. Hoc autem non esset, si teneretur religionem intrare. Ergo videtur, quòd non teneatur aliquis implere votum, quo se ad religionis ingressum obligavit.

¶ 2 Præterea, Nullus tenetur facere id quod non est in potestate ipsius. Sed quòd aliquis religionem ingrediatur, non est in potestate ipsius: sed requiritur ad hoc assensus eorum ad quos debet transire. Ergo videtur, quòd non teneatur aliquis implere votum quo se ad religionis ingressum obligavit.

¶ 3 Præterea, Per votum minus vtile non potest derogari voto magis vtili. Sed per implementationem voti religionis impediri posset impletio voti crucis in subsidium terræ sanctæ: quod videtur esse vtilius: quia per hoc votum consequitur homo remissionem peccatorum. Ergo videtur, quòd votum quo quis se obligavit ad religionis ingressum, non sit ex necessitate implendum.

SED contra est, quod dicitur Ecclesiastæ 5. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim ei infidelis, & stulta promissio. Et super illud Psal. 75. Vouete, & reddite Domino Deo vestro: dicit glossa. Vouere voluntati consulitur: sed post voti promissionem redditio necessariò exigitur.

RESPONDEO dicendum, quòd sicut supra dictum est, cum de voto ageretur, votum est promissio Deo facta de his quæ ad Deum pertinent. Vt autem Aug. dicit in * epistola ad Bonifacium, Si inter homines bonæ fidei solent contractus nulla ratione dissolui: quanto magis ista pollicitatio, quam cum Deo pepigit, solui sine vindicta non poterit? Et ideo ad implendum id quod homo vouit, ex necessitate tenetur: dummodo sit aliquid quod ad Deum pertineat. Manifestum est autem, quod ingressus religionis maximè ad Deum pertinet: quia per hoc homo totaliter se mancipat diuinis obsequijs, vt ex supra dictis patet. Vnde relinquitur quòd ille qui se obligat ad religionis ingressum, tenetur religionem

hoc videtur in sen. in Decr. l. 3. tit. 24. c. 6. & 7.

¶ 4. 88. ar. 1.

Aug. ep. 45. ante §. 10. 2.

q. 186. a. 2.

nem ingredi, secundum quod se voto obligare intendit: ita scilicet quod si intendit se absolute obligare, tenetur quam citius poterit ingredi, legitimo impedimento cessante. Si autem ad certum tempus, vel sub certa conditione, tenetur religionem ingredi tempore adueniente, vel conditione existente.

Ad primum ergo dicendum, quod ille presbyter non fecerat votum solemne, sed simplex. Unde non erat monachus effectus, ut cogi deberet de iure in monasterio remanere, & Ecclesiam dimittere. Tamen in foro conscientie esset sibi consulendum, quod omnibus dimissis religionem intraret. Unde extra de voto & voti redemptione, capitulo, Per tuas, consultatur Episcopo Garropolitano, qui post votum religionis episcopatum assumpserat, voto non impleto: ut si suam sanare desideraret conscientiam, regimen ecclesie resignaret, & redderet Altissimo vota sua.

in Dec. l.
3. tit. 74.
c. 10 in fr.

Ad secundum dicendum, quod sicut supra dictum est, cum de voto ageretur, ille qui se voto obligavit ad certam religionem ingressum, tenetur facere quantum in se est, ut in illa religione recipiatur. Et si quidem intendit se simpliciter ad religionem obligare, si non recipitur in una religione, tenetur ire ad aliam. Si vero se intendit specialiter obligare ad unam solum, non tenetur nisi secundum modum suae obligationis.

q. 88. ar.
3. ad 2.

Ad tertium dicendum, quod votum religionis, cum sit perpetuum est maius, quam votum peregrinationis terrae sanctae quod est temporale. Et sicut Alexander tertius * dicit, & habetur extra, de voto, & voti redemptione, capitulo, Scriptura: Reus fracti voti aliquatenus non habetur, qui temporale obsequium in perpetuam noscitur religionis observantiam commutare. Rationabiliter autem dici potest, quod etiam per ingressum religionis aliquis consequatur remissionem omnium peccatorum. Si enim aliquibus elemosynis factis homo potest statim satisfacere de peccatis suis, secundum illud Dan 4. Peccata tua elemosynis redime: multo magis in satisfactione praem-

in Dec. l.
3. tit. 34.
c. 4.

omnibus peccatis sufficit, quod aliquis se totaliter diuinis obsequijs mancipet per religionis ingressum: quæ excedit omne genus satisfactionis, etiam publica pœnitentiæ, vt habetur in decretis trigefimatertia *, quæstione secunda, canone, Admonere. Sicut etiam holocaustum excedit sacrificium, vt Gregorius dicit * super Ezechielem. Vnde legitur in vitis patrum, quod eandem gratiam consequuntur religionem intrantes, quam consequuntur baptizati. Si tamen non absoluerentur per hoc ab omni reatu pœnæ, nihilominus ingressus religionis vtilior est, quam peregrinatio terræ sanctæ, quantum ad promotionem in bonum, quæ præponderat absolutioni à pœna.

ARTIC. IV.

Utrum ille, qui vouet religionem ingredi, teneatur perpetuo in religione permanere?

911

AD quartum sic proceditur. Videtur, quod ille qui vouet religionem ingredi, teneatur perpetuo in religione permanere. Melius est enim religionem non ingredi, quam post ingressum exire: secundum illud 2. Pet. 2. Melius erat illis veritatem non cognoscere, quam post agnitam retroire. Et Luc. 9. dicitur, Nemo mittens manum ad aratrum & respiciens retro aptus est regno Dei. Sed ille qui voto se obligauit ad religionis ingressum, tenetur ingredi, vt dictum est *. Ergo etiam tenetur perpetuo permanere.

art. prac.

¶ 2 Præterea, Quilibet debet vitare id ex quo scandalum sequitur, & alijs datur malum exemplum. Sed ex hoc quod aliquis post religionis ingressum egreditur, & ad seculum redit, malum exemplum & scandalum alijs generatur, qui retrahuntur ab ingressu, & prouocantur ad exitum. Ergo videtur, quod ille qui ingreditur religionem, vt votum impleat quod prius fecit, teneatur ibi perpetuo remanere.

art. prac.
ad 3. q. 88. ar.
12. ad 1.

¶ 3 Præterea, Votum religionis reputatur votum perpetuum: & ideo temporalibus votis præfertur, vt dictum est *. Hoc autem non esset, si aliquis voto religionis emisso ingrederetur cum proposito exeu-

exeundi. Videtur ergo, quòd ille qui vouet religionis ingressum, teneatur in religione etiam perpetuo manere.

SED contra est, quòd votum professionis, propter hoc quòd obligat hominem ad hoc, quòd perpetuo in religione remaneat, præexigit annum probationis: qui non præexigitur ad votum simplex, quo aliquis se obligat ad religionis ingressum. Ergo videtur, quòd ille qui vouet religionem intrare, propter hoc non teneatur perpetuo ibi remanere.

RESPONDEO dicendum, quòd obligatio voti ex voluntate procedit. Nam vouere voluntatis est, vt Augustinus * dicit. In tantum ergo fertur obligatio voti, in quantum se extendit voluntas & intentio vouentis. Si ergo vouens intendit se obligare non solum ad ingressum religionis, sed etiam ad perpetuo remanendum, tenetur perpetuo remanere. Si autem intendit se obligare ad ingressum religionis causa experiendi, cum libertate remanendi, vel non remanendi, manifestum est, quòd remanere non tenetur. Si vero in vouendo, simpliciter de ingressu religionis cogitauit, absq. hoc quòd cogitaret de libertate exitus vel de perpetuitate remanendi: videtur obligari ad ingressum religionis, secundum formam iuris communis *: quæ est vt ingredientibus detur annus probationis: vnde non tenetur perpetuo in religione permanere.

Ad primum ergo dicendum, quòd melius est intrare religionem animo probandi, quàm penitus non intrare: quia per hoc disponitur ad perpetuo remanendum. Nec tamen intelligit aliquis retroire, vel respicere, nisi quando prætermittit id ad quòd se obligauit. Alioquin quicumque per aliquod tempus facit aliquod bonum opus, si non semper id faciat, esset ineptus regno Dei: quòd patet esse falsum.

Ad secundum dicendum, quòd ille qui religionem ingreditur, si exeat, præferrim ex aliqua rationabili causa, non generat scandalum, nec dat malū exemplum,

*decr. li 3
tit. 34 de
voto, et
voti re
demptio-
ne, c. Ma.
gna. c. 6.
Licet, ha
betur in
sententia*

*decret. li.
3 tit 84.
c. 24.*

plum. Et si alius scandalizetur, erit scandalum passivum ex eius parte, non autem activum ex parte excusantis: quia fecit quod licitum erat ei facere, & quod expediebat ei propter rationabilem causam, puta infirmitatem, aut debilitatem, aut aliquid huiusmodi.

Ad tertium dicendum, quod ille qui intrat ut statim exeat, non videtur satisfacere voto suo: quia ipse in vouendo hoc non intendit. Et ideo tenetur mutare propositum, ut saltem velit experiri, an ei expediat in religione manere. Non autem tenetur ad perpetuo remanendum.

ARTIC. V.

912 *Utrum pueri sint recipiendi in religione?*

Su. q. 88. ar. 8. ad 2. & ar. 9. cor. Et quoli. 3. ar. 11. Et quoli. 4. ar. 23. & op. 17. c. 3. li. 3. r. 31. c. nullus. c. 4. t. 5. in fi. de ve. reli. 20. 1. 22. q. 5. c. 15. Pueri: c. 16. Honestus.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quod pueri non sint recipiendi in religione: quia extra de regularibus * & transeuntibus ad religionem, dicitur, Nullus tondeatur nisi in legitima ætate, & spontanea voluntate. Sed pueri non videntur habere legitimam ætatem, nec spontaneam voluntatem: quia non habent perfecte usum rationis. Ergo videtur, quod non sint in religione recipiendi.

¶ 2 Præterea, Status religionis videtur esse status penitentiae: unde & religio dicitur à religando, vel à reeligendo, ut Aug. dicit 10. † de Civit. Dei. Sed pueris non convenit penitentia. Ergo videtur, quod non debeant religionem intrare.

¶ 3 Præterea, Sicut aliquis obligatur iuramento, ita & voto. Sed pueri ante annos quatuordecim non debent obligari iuramento: ut habetur in Decretis † 22. q. 5. cap. Pueri. & cap. Honestum. Ergo videtur, quod nec etiam sint voto obligandi.

¶ 4 Præterea, Illicitum videtur esse obligare aliquem tali obligatione, quæ posset iuste irritari. Sed si aliqui impuberes obligant se religioni, possunt retrahi à parentibus, vel tutoribus. Dicitur enim in Decretis 20. * quæst. 2. quod puella si ante duodecim ætatis annos sponte sua sacrum sibi velamen assumpserit, possunt statim parentes eius, vel tutores id

factum irritum facere, si voluerint. Illicitum est ergo pueros præsertim ante annos pubertatis ad religionem recipere, vel obligare.

SED contra est, quod dicit Dominus Matth. 19. Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire: quod exponens Origen. * super Matth. dicit, quod discipuli Iesu priusquam discant rationem iustitiæ, reprehendunt eos qui pueros & infantes offerunt Christo. Dominus autem exhortatur discipulos suos condescendere vilitatibus puerorum. Hoc ergo attendere debemus, ne æstimatione sapientiæ excellentioris, contemnamus quasi magni pusillos Ecclesiæ, prohibentes pueros venire ad Iesum.

RESPONDEO dicendum, quod sicut supra dictum est, duplex est religionis votum. Vnum simplex, quod consistit in sola promissione Deo facta, quæ ex interiori mentis deliberatione procedit. Et hoc votum habet efficaciam ex iure diuino: quod tamen dupliciter impediri potest. Vno modo per defectum deliberationis, vt patet in furiosis, quorum vota non sunt obligatoria, vt habetur extra, * de regularibus, & transeuntibus ad religionem, c. Sicut tenor. Et eadem est ratio de pueris, qui nondum habent debitum vsum rationis, per quem sint doli capaces: quem quidem pueri habent, vt frequentius circa quartumdecimum annum, puellæ verò circa duodecimum, quid dicuntur anni pubertatis: in quibusdam tamen anticipatur, & in quibusdam tardatur, secundum diuersam dispositionem naturæ. Alio modo impeditur efficacia simplicis voti, si aliquis Deo voueat, qui non est propria potestatis: puta si seruus etiam vsum rationis habens, voueat se religionem intrare, aut etiam ordinetur ignorante domino. Potest enim hoc dominus reuocare, vt habetur in Decr. dist. * 54. c. Si seruus. Et quia pueri, vel puellæ infra pubertatis annos naturaliter sunt in potestate patris, quantum ad dispositionem suam, poterit pater votum eorum reuocare, vel acceptare, si sibi placuerit, vt expresse dicitur de muliere, Nu. 30.

*Tract. 7.
in Matth.
nō muliā
remotē
ante sit.
to. 2.*

*av. 2. hū-
ius q. ad
1.*

*in Decr.
3. tit. 31.
c. 15.*

*† Decre-
tal. li. 2.
ti. 31. c. 8
ii. 12.*

*Dist. 54.
cap. Fre-
quens. c.
ca. 20. c.
21.*

Sic

Sic ergo si puer ante annos pubertatis simplex votum emittat, antequam habeat plenum vsum rationis, non obligatur ex voto. Si autem habeat vsum rationis ante annos pubertatis, obligatur quidem quantum in se est ex suo voto, tamen potest obligatio remoueri per auctoritatem patris, in cuius potestate adhuc existit: quia ordinatio legis, qua vnus homo subditur alteri, respicit id quod in pluribus accidit. Si vero annos pubertatis excedat, non potest reuocari auctoritate parentum. Si tamen nondum haberet plenum vsum rationis, non obligaretur quo ad Deum. Aliud autem est votum solemne, quod facit monachum vel religiosum: quod quidem subditur ordinationi Ecclesie, propter solemnitatem quam habet annexam. Et quia ecclesia respicit id quod in pluribus est, professio ante tempus pubertatis facta quantumcumque aliquis habeat vsum rationis plenum, vel sit doli capax, non habet suum effectum, vt faciat profitentem iam esse religiosum. Et tamen licet ante pubertatis annos profiteri non possint, possunt tamen cum voluntate parentum in religione recipi, vt nutriatur ibidē: sicut de Ioanne Baptista legitur Luc. 1. quod puer crescebat & confortabatur spiritu, & erat in desertis. Vnde sicut Gregor. † dicit in 2. Dialog. Beato Benedicto, Romani nobiles suos filios omnipotenti Deo nutriendos dare cœperunt: quod est valde expediens, secundum illud Threnorum 3. Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Vnde & communi consuetudine pueri applicantur illis officijs vel artibus, in quibus sunt vitam acturi.

2. 3. in f.

Ad primum ergo dicendum, quod legitima ætas ad hoc, quod aliquis tondeatur cum voto solemnī religionis, est tempus pubertatis, in quo homo potest vti spontanea voluntate. Sed ante annos pubertatis potest esse legitima ætas ad hoc, quod aliquis tondeatur in religione nutriendus.

Ad secundum dicendum, quod religionis status principaliter ordinatur ad perfectionem consequendam,

dam, vt supra habitum est * : & secundum hoc conuenit pueris qui de facili inducuntur. Ex consequenti autem dicitur esse status pœnitentiæ, in quantum per obseruantiam religionis, peccatorum occasiones tolluntur, vt supra dictum est †.

q 186. a.
1. ad 4.

Ad tertium dicendum, quod pueri sicut non coguntur ad iurandum, sicut Canon. † dicit, ita non coguntur ad vouendum. Si tamen voto vel iuramento se astrinxerint ad aliquid faciendum, obligantur quo ad Deum, si habeant vsum rationis: sed non obligantur quo ad ecclesiam ante quatuordecim annos.

† q. 187.
ar. 6.

Ad quartum dicendum, quod Numer. 30. non reprehenditur mulier in puellari ætate constituta, si voueat absque consensu parentum. Potest tamen reuocari à parentibus. Ex quo patet, quod non peccat vouendo. Sed intelligitur se voto obligare, quantum in se est, absque præiudicio auctoritatis paternæ.

* locis in
arg. cit.

ARTIC. VI.

Utrum propter obsequium parentum debeant aliqui retrahi ab ingressu religionis?

913
sup q. 101
ar. 4. ad
3. & 4.
Et 4. d. 38
q. 2. ar. 4.
q. 2. ad 2
Et quod 3
ar. 16 Et
quod. 10.
ar. 9. Et
Mat. 15.
col. 2. fin.

AD sextum sic proceditur. Videtur, quod propter obsequium parentum debeant aliqui retrahi ab ingressu religionis. Non enim licet prætermittre id quod est necessitatis, vt fiat id quod est liberum voluntati. Sed obsequi parentibus cadit sub necessitate præcepti quod datur de honoratione parentum, Exod. 20. Vnde & Apostolus dicit primæ ad Tim. 5. Si qua vidua filios aut nepotes habet, discat primū domū suam regere & mutuum vicem reddere parentibus. Ingredi autem religionem est liberum voluntati. Ergo videtur, quod non debeat aliquis prætermittre parentum obsequium propter religionis ingressum.

¶ 2 Præterea, Maior videtur esse subiectio filij ad patrem, quam serui ad dominum: quia filiatio est naturalis, seruitus autem ex maledictione peccati, vt patet Genes. 9. Sed seruus non potest prætermittre obsequium domini sui vt religionem ingrediatur, aut

Dist. 54.
6. *Gener
querela.*

aut sacrum ordinem assumat : sicut habetur in Deet.
d. 54. f. c. Si seruus. Ergo multo minus potest filius ob-
sequium patris prætermittere , vt ingrediatur reli-
gionem.

* 11. 7. re
gistris, ep.
11. in me.
Et hatur
di. 52. ca.
Legem.

¶ 3 Præterea, Maiori debito obligatur aliquis pa-
rentibus, quàm his quibus debet pecuniam . Sed illi
qui debent pecuniam aliquibus, non possunt religio-
nem ingredi. Dicit enim Greg. * in Registro, & ha-
betur in Decretis distinct. 53. quod hi qui sunt ratio-
nibus publicis obligati, quando petunt monasterium,
nullo modo suscipiendi sunt, nisi prius à negotijs pu-
blicis fuerint absoluti. Ergo videtur, quod multo mi-
nus filij possunt religionem ingredi, prætermisso pa-
terno obsequio .

† Canone
3. i. Mat.
nō procul
a fin.
* q. 101.
a. 2. ad 2

SED contra est, quod Matth. 4. dicitur, quod Jaco-
bus & Iohannes relicis retibus, & patre, secuti sunt
Dominum. Ex quo, vt Hilarius * dicit, docemur Chris-
tum secuti, & secularis vitæ sollicitudine, & pater-
næ domus consuetudine non contineri .

RESPONDEO dicendum, quod sicut supra dictum
est *, cum de pietate ageretur, parentes habent rati-
onem principij in quantum huiusmodi. Et idèd per
se eis conuenit, vt filiorum curam habeant. Et propter
hoc non liceret alicui filios habenti religionem in-
gredi, omnino prætermissa cura filiorum, id est, non
prouiso qualiter educari possint. Dicitur enim prima
ad Timotheum 5. quod si quis suorum curam non ha-
bet, fidem negauit, & est infideli deterior . Per acci-
dens tamen parentibus conuenit, vt à filijs adiuuentur,
in quantum scilicet sunt in necessitate aliqua
constituti . Et idèd dicendum est, quod parentibus in
necessitate existentibus, ita quod eis commode ali-
ter, quàm per obsequium filiorum subueniri non pos-
sit, non licet filijs prætermisso parentum obsequio,
religionem intrare. Si verò non sint in tali necessitate
vt filiorum obsequio multum indigeant, possunt præ-
termisso parentum obsequio, filij religionem in-
trare, etiam contra præceptum parentum : quia post
annos

annos pubertatis quilibet ingenuus libertatē habet quantum ad ea quæ pertinent ad dispositionem sui status, præsertim in his quæ sunt diuini obsequij: & magis est obtemperandum patri spirituum vt viuamus, quam parentibus carnis, vt Apostolus dicit ad Hebræos 12. Vnde Dominus, vt legitur Matth. 8. & Luc. 9. reprehendit discipulum qui nolebat eum statim sequi, intuitu paternæ sepulturæ. Erant enim alij per quos illud opus impleri poterat, vt Chryf. dicit.

*sup. illud
Matth. 8.
dimitte
mortuos,
Eccl. 10. 2.*

Ad primum ergo dicendum, quod præceptum de honoratione parentum nõ solum se extendit ad corporalia obsequia, sed etiam ad spiritualia, & ad reuerentiam exhibendam. Et ided etiam illi qui sunt in religione, implere possunt præceptum de honoratione parentum, pro eis orando, & eis reuerentiam & auxilium impendendo, secundum quod religiosus decet: quia etiam illi qui in seculo viuunt, diuersimode parentes honorant secundum eorum conditionem.

Ad secundum dicendum, quod quia seruitus est in pœnam peccati inducta, ided per seruitutem aliquid adimitur homini, quod alias ei competeret, ne scilicet liber de sua persona possit disponere. Seruus enim id quod est, domini est. Sed filius non patitur detrimentum ex hoc, quod subiectus est patri, quia possit de sua persona libere disponere, transferendo se ad obsequium Dei, quod maxime pertinet ad hominis bonum.

Ad tertium dicendum, quod ille qui est obligatus ad aliquid certum, non potest illud licite prætermittere, facultate existente. Et ided si aliquis sit obligatus vt alicui rationem ponat, vel vt certum debitum reddat, non potest hoc licite prætermittere, vt religionem ingrediatur. Si tamen debeat aliquam pecuniam, & non habeat vnde reddat, teneretur facere quod potest, vt scilicet cedat bonum creatori. Propter pecuniam autem, per se liberi hominis secundum iura ciuilia non obligatur, sed solum res: quia

Sec. Sec. Vol. iii.

B b b perfo-

persona liberi hominis superat omnem estimationem pecuniæ. Vnde licite potest exhibitis rebus suis religionem intrare, nec tenetur in seculo remanere, ut procuret unde debitum reddat. Filius autem non tenetur ad aliquod speciale debitum patri, nisi forte in casu necessitatis, ut dictum est*.

in co. ar.

ARTIC. VII.

Vtrum presbyteri curati possint licite religionem ingredi?

914
su. q. 184
art. 3. Et
opus. 18.
c. 25.
* par. 3.
c. 5. inter
prin. &
med.
† ibidem

AD septimum sic proceditur. Videtur, quod presbyteri curati non possint licite religionem ingredi. Dicit enim Gregor. in Pastoralibus*, quod ille qui curam animarum suscipit, terribiliter admonetur, cui dicitur: Fili mi, si sponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam. Resubdit†, Sponderere namque pro amico, est alienam animam in periculo suæ conversationis accipere. Sed ille qui obligatur homini pro aliquo debito, non potest intrare religionem, nisi soluat id quod debet, si possit. Cum ergo sacerdos possit curam animarum agere, ad quam se obligavit in periculum animæ suæ, videtur quod non liceat ei prætermissa cura animarum religionem intrare.

¶ 2 Præterea, Quod uni licet, pari ratione omnibus similibus licet. Sed si omnes presbyteri haberent curam animarum religionem intrarent, remanerent plebes absque cura pastorum: quod esset inconueniens. Ergo videtur, quod presbyteri curati non possint licite religionem intrare.

¶ 3 Præterea, Inter actus ad quos religiones ordinantur, præcipui sunt illi quibus aliquis contemplata alijs tradit. Huiusmodi autem actus competunt presbyteris curatis, & archidiaconis: quibus ex officio competit prædicare & confessiones audire. Ergo videtur, quod non liceat presbytero curato, vel archidiacono, transire ad religionem.

19 q. 2. c. 2. e. Dux sunt leges, dicitur. Si quis clericorum in ecclesia

fra sua sub episcopo populum retinet, & seculariter vi-
uit, si afflatus Spiritu sancto in aliquo monasterio, vel
regulari canonia se saluare voluerit, etiam episcopo
suo contradicente, eat liber nostra auctoritate.

RESPONDEO dicendum, quod sicut supra di-
ctum est, obligatio voti perpetui præfertur omni alij
obligationi. Obligari autem voto perpetuo & solenni
ad vacandum diuinis obsequijs, competit proprie
episcopis, & religiosis. Presbyteri autem curati, & ar-
chidiaconi non obligantur voto perpetuo & solenni
ad curam animarum retinendam: sicut ad hoc obligan-
tur episcopi. Vnde episcopi præsulatum non possunt
deserere, quacumque occasione, absque auctoritate

a. 3. ad 3
q. 88.
a. 12. ad 1

Romani Pontificis: vt habetur extra de regularibus
& transeuntibus ad religionem, cap. licet. Archidiaconi
autem & presbyteri curati possunt libere abrenun-
tiare episcopo curam eis commissam, absque speciali
licentia Papæ, qui solus potest in votis perpetuis
dispensare. Vnde manifestum est quod archidiaconi
& presbyteris curatis licet ad religionem tran-
sire.

in decre.
l. 3. tit. 31.
c. licet. Et
est 18. in
ordine.

Ad primum ergo dicendum, quod presbyteri cu-
rati, & archidiaconi obligauerunt se ad curam agen-
dam subditorum, quamdiu retinent archidiacona-
tum vel parochiam. Non autem obligauerunt se
ad hoc, quod perpetuo archidiaconatum, vel paro-
chiam teneant.

Ad secundum dicendum, quod sicut Hierony. di-
cit contra Vigil. * Quamuis à te linguæ vipereæ mor-
sus saeuissimos patiantur, scilicet religiosi, quibus
argumentaris & dicis: Si omnes se clauerint & fue-
rint in solitudine, quis celebrabit ecclesias? Quis se-
culares homines lucrifaciet? Quis peccantes ad vir-
tutes poterit cohortari? Hoc enim modo si omnes
récum fatui sint, sapiens esse quis poterit? Et vir-
ginitas non erit approbanda. Si enim virgines om-
nes fuerint, & nuptiæ non fuerint, interibit genus
humanum. Rara est virtus nec à pluribus appetitur.

* Non re-
mote à fi-
ne incipit
haec epist.
Multi in
orbe mon-
stra. t. 3.

Patet ergo quòd hic timor stultus est: puta, sicut aliquis timeret haurire aquam, ne flumen deficeret.

[Ad Tertium sicut ad Primum]

ARTIC. VIII.

915

Virum liceat de vna religione transire ad aliam?

4. d. 27.

9. 2. ar. 3.

9. 1. ad 3.

Et d. 28.

9. 1. ar. 4.

9. 2. ad 2.

* glos. in-

ter. n. 16.

¶ Octauum sic proceditur. Videtur, quòd non liceat de vna religione transire ad aliam, etiam arctiorem. Dicit enim Apost. ad Hebr. 10. Non deserentes collectionem nostram, sicut est consuetudinis quibusdam: gloss. * qui scilicet vel timore persecutionis cedunt, vel propria presumptione a peccatoribus vel imperfectis, vt iusti videantur, recedunt. Sed hoc videntur facere qui de vna religione transeunt ad aliam perfectiorem. Ergo videtur hoc esse illicitum.

in decre.

lib. 3. tit.

35. c. 5. à

med.

† causa

19. q. 2.

c. Man-

damus.

¶ 2 Præterea, Professio monachorum est arctior, quam professio regularium canonicorum: vt habetur extra de statu monachorum † & canonicorum regularium, c. Quod Dei timorem. Sed non licet alicui transire de statu canonicorum regularium ad statum monachorum. Dicitur enim in Decretis 19. † quæst. 3. Mandamus & vniuersaliter interdiciamus, ne quis canonicus regulariter professus, nisi, quod absque publicè lapsus fuerit, monachus efficiatur. Ergo videtur, quòd non liceat alicui transire de vna religione ad aliam maiorem.

¶ 3 Præterea, Tandiu obligatur aliquis ad implendum quod vouit, quamdiu potest licitè illud implere: sicut si aliquis vouit continentiam seruare, etiam post contractum matrimonium per verba de presenti, ante carnalem copulam tenetur implere votum: quia hoc potest facere religionem intrando. Si ergo aliquis licitè potest transire de vna religione ad aliam, tenebitur hoc facere si ante hoc vouerit existens in seculo. Quod videtur esse inconueniens: quia ex hoc plerumque scandalum generari posset. Ergo non potest aliquis religiosus de vna religione transire ad aliam arctiorem.

SED

SED contra est, quod dicitur in Decretis 20. q. 4. † 20. q. 4. c. Virgines sacræ si pro lucro animæ suæ propter distri-
ctiorem vitam, ad aliud monasteriū pergere disposue-
rint; ibi denique commanere decreuerint: sancta sy-
nodus concedit. Et eadem ratio videtur esse de qui-
buscumque religiosis. Ergo potest aliquis licitè tran-
sire de vna religione ad aliam.

*virgines
sacræ.*

RESPONDEO dicendam, quòd transire de
religione ad religionem nisi propter magnam utilita-
tem vel necessitatem, non est laudabile. Tum quia ex
hoc plerumque scandalizantur illi qui relinquuntur.
Tum etiam quia facilius proficit aliquis in religione
quam consuevit, quàm in illa quam non consuevit, cæ-
teris paribus. Vnde in collationibus patrum abbas Ne-
storius dicit †, Vnicuique vile est, vt secundum pro-
positum quod elegit, summo studio ac diligentia ad
operis arrepti perfectionem peruenire festinet, & ne-
quaquam a sua, quam elegit semel professione disce-
dat. Et postea subdit †, rationem assignans: Impossibi-
le namque est vnum & eundem hominem simul vni-
uersis fulciri virtutibus. Quas si quis voluerit pariter
acceptare, in id incidere eum necesse est, vt dum om-
nem sequitur, nullam integrè consequatur. Diuersæ
enim religiones præminent secundum diuersa virtutum
opera. Potest tamen aliquis laudabiliter de vna
religione transire ad aliam, triplici ex causa. Primo
quidem zelo perfectioris religionis. Quæ quidem ex-
cellentia, vt supra dictum est †, non attenditur secun-
dum solam arctitudinem, sed principaliter secundum
id ad quod religio ordinatur, secundario verò secun-
dum discretionem obseruantiarum debito fini propor-
tionatarum. Secundo propter declinationem religio-
nis à debita perfectione: puta si in aliqua religione
arctiori incipiant religiosi remissius viuere, laudabi-
liter transit aliquis ad religionem etiam minorem, si
melius obseruetur. Vnde in collationibus patrum ab-
bas Ioannes † de seipso dicit, quòd à vita solitaria in
qua professus fuerat, transit ad minorem, scilicet eo-

*in collat.
14. c. 5. in
princ.*

*in collat.
14. c. 6.*

*q. præc.
ar. 6.*

*in collat.
19. c. 3. 5.
& 6.*

rum qui viuunt in societate, propter hoc, q̄ vita eremitaica cœperat declinare & laxius obseruari. Tercio propter infirmitatem vel debilitatem, ex qua inserdū prouenit, quòd non potest aliquis arctioris religionis statuta seruare, posset autem seruare statuta religionis laxioris. Sed in his tribus casibus potest esse differentia. Nam in primo casu debet quidem propter humilitatem licentiam petere, quæ tamen ei negari non potest: dummodo constet illam religionem esse arctiorem. Si uero de hoc probabiliter dubitetur, est in hoc superioris iudicium inquirendum: ut habeatur extra, de regularibus & transeuntibus * ad religionem, cap. licet. Similiter requiritur superioris iudicium in secundo casu; in tertio uero casu est etiam necessaria dispensatio.

in decr. l. 3. tit. 31. c. licet, et est. 18. in ord.

Ad primum ergo dicendum, quòd illi qui ad arctiorem religionem transeunt, non faciunt hoc presumptuose, ut iusti uideantur: sed deuote, ut iustiores fiant.

Ad secundum dicendum, quòd utraque religio, scilicet monachorum & canonicorum regularium ordinatur ad opera uitæ contemplatiuæ: inter quæ præcipua sunt ea quæ aguntur in diuinis mysterijs, ad quæ ordinatur directe ordo canonicorum regularium, quibus per se cõpetit, ut sint clerici religiosi. Sed ad religionem monachorum non per se cõpetit, ut sint clerici, ut habetur in Decret. † 16. q. 1. Et ideo quamuis ordo monachorum sit arctior obseruantia, si monachi essent laici, liceret transire ab ordine monachorum ad ordinem canonicorum regularium: secundum illud Hier. ad Ruficum monachum *, Sic uiue in monasterio, ut clericus esse merearis. Non autem e conuerso: ut habetur in Decret. 16. quæst. 1. in Decret. inducto †. Sed si monachi sint clerici sacris mysterijs obsequentes, habent id quod est canonicorum regularium, cum maiori arctitudine. Et ideo transire licitum erit de ordine canonicorum regularium ad ordinem monachorum, petita tamen superioris licentia, ut dicitur 19. q. 3. c. Statuimus *. Ad tertium dicendum, quòd utrum solenne quous

16. q. 1. c. 2. Nemo potest, et c. 6. alia causa. † De uiuendi forma à me. 10. 1. † 16. q. 1. c. Sic uiue. 19. q. 3. c. Statuimus.

quis obligatur minori religioni, est fortius, quam votum simplex, quo quis astringitur maiori religioni. Post votum enim simplex si contraheret aliquis matrimonium, non dirimeretur, sicut post votum solenne. Et ideo ille qui iam professus est in minori religione, non tenetur implere votum simplex quod emi sit de intrando religionem maiorem.

ARTIC. IX.

Utrum aliquis debeat alios inducere ad religionem intrandum?

916

AD nonum sic proceditur. Videtur, quod nullus debeat alios inducere ad religionem intrandum. Mandat enim Beatus Benedictus † in regula sua, quod venientibus ad religionem non sit facilis præbendus ingressus: sed probandum est, an spiritus ex Deo sint. Et hoc etiam docet Cassianus in quarto lib. de Institutis * cœnobiorum. Multo ergo minus licet aliquem ad religionem inducere.

quo. 3. n.
11. c. 14.

† cap. 58.

* 14 c. 3.

¶ 2 Præterea, Matth. 23. Dominus dicit, Vae vobis qui circuitis mare & aridam, ut faciatis vnum profelytum; & cum factus fuerit, facitis eum filium gehennæ duplo, quam vos. Sed hoc videntur facere, qui homines ad religionem inducunt. Ergo videtur hoc esse vituperabile.

¶ 3 Præterea, Nullus debet aliquem inducere ad id quod pertinet ad eius detrimentum. Sed ille qui inducit aliquem ad religionem, quandoque ex hoc incurrit detrimentum: quia quandoque sunt obligati ad maiorem religionem. Ergo videtur, quod non sit laudabile aliquos inducere ad religionem.

SE D contra est, quod dicitur Exod. 26. Cortinam trahat. Debet ergo vnus homo alium trahere ad Dei obsequium.

RESPONDEO dicendum, quod inducentes alios ad religionem non solum non peccant, sed magnum præmium merentur. Dicitur enim Iac. vlt. Qui conuerſi fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabitur.

Bbb 4 animam

animam eius à morte, & operit multitudinem peccatorum. Et Dan. 12. dicitur, quòd qui ad iustitiam erudiunt plurimos, erunt quasi stellæ in perpetuas æternitates. Posset tamen contingere circa huiusmodi inductionem triplex inordinatio. Primo quidem si violenter aliquis alium ad religionem cogeret: quod prohibetur in Decret. 20. quæst. 3. * Secundo si aliquis simoniacè alium ad religionem trahat muneribus datis, vt prohibetur in Decret. * ibidem quæst. 2. cap. Quàm pio. Nec tamen ad hoc pertinet, si aliquis alicui pauperi necessaria subministrat in seculo, nutries eum ad religionem, vel si sine pascio aliqua munuscula tribuat ad familiaritatem captandam. Tertio si mendacijs eum allicitat. Imminet enim sic inducto periculum, ne cum se deceptum inuenerit retrocedat, & sic fiant nouissima illius hominis peiora prioribus, vt dicitur Lucæ 11.

Ad primum ergo dicendum, quòd illis qui ad religionem inducuntur, nihilominus referuatur probationis tempus, in quo difficultates religionis experiuntur. Et sic non facilis aditus eis datur ad religionis ingressum.

c. præs.
† 1. q. 2. c.
Qua pio.
Co Nul
lus Ab-
bis.

Cant. 24.
in Matt.

Ad secundum dicendum, quòd secundum Hilariū *, verbum illud Domini prænuntiatiuum fuit peruersi studij Iudæorum: quo post Christi prædicationem Gentiles, vel etiam Christianos ad Iudaicum ritum trahendo faciunt dupliciter gehennæ filios: quia scilicet & peccata pristina, quæ commiserunt, in Iudaismo eis non dimittuntur, & nihilominus incurrunt Iudaicæ perfidiæ reatum. Et secundum hoc non facit ad propositum. Secundum Hieronymum * autem hoc refertur ad Iudæos, etiam pro statu illo in quo legalia obseruari licebat, quantum ad hoc quod ille, qui ab eis ad Iudaismum conuertebatur dum esset Gentilis, simpliciter errabat. Videns autem magistrorum vitia reuertebatur ad vomitum suum; & Gētilis factus, quasi præuaricator, maiori pœna sit dignus. Ex quo patet, quòd trahere alios ad cultum Dei, vel ad religionem, non

super eñ
locum
Mat. 1. 9.

non est viruperabile; sed hoc solum quod aliquis ei qui conuertitur, det malum exemplum, vnde peior efficiatur.

Ad tertium dicendum, quòd in maiori includitur minus. Et idè ille, qui est obligatus voto vel iuramento ad ingressum minoris religionis, potest licite induci ad hoc, quod ad maiorem religionem transeat, nisi sit aliquid speciale, quod impediatur: puta, infirmitas, vel spes maioris profectus in minori religione. Ille vero qui est obligatus voto, vel iuramento ad ingressum maioris religionis, non potest licite induci ad minorem religionem, nisi ex aliqua speciali causa euidenti, & hoc cum dispensatione superioris.

ARTIC. X.

Utrum sit laudabile, quòd aliquis religionem ingrediat, absque multorum consilio, & diuturna deliberatione præcedenti?

917

Ad decimum sic proceditur. Videtur, quòd non sit laudabile, quòd aliquis religionem ingrediat, absque multorum consilio & diuturna deliberatione præcedenti. Dicitur enim 1. Ioann. 4. Nolite credere omni spiritui, sed probate spiritus si ex Deo sint. Sed quandoque propositum religionem intrandi non est ex Deo: cum frequenter per exitum religionis dissoluatur. Dicitur enim Actuum quinto, Si est hoc consilium ex Deo, non poteritis dissoluere illud. Ergo videtur, quòd magna examinatione præcedente debeant aliqui religionem intrare.

¶ 2. Præterea, Prouerb. 25. dicitur, Causam tuam tracta cum amico tuo. Sed maximè videtur hominis esse causa, quæ pertinet ad mutationem status. Ergo videtur, quòd non debeat aliquis religionem intrare, nisi prius cum amicis suis tractet.

¶ 3. Præterea, Dominus Luc. 14. inducit similitudinem de homine, qui vult turrim ædificare, quòd prius sedens computat sumptus, qui sunt ei necessarij, si habeat ad perficiendum, ne insultetur ei: quia hic

*Ep. 28. nō
multū ve
mote à
pri. 2.*

hic homo cepit ædificare, & nō potuit consummare. Sumptus autem ad turrim ædificandam (vt Augustinus dicit in epistola ad Lætiam) nihil est aliud, quàm vt renūciat vnusquisque omnibus quæ sunt eius. Cōtingit autem quandoque quoddam multi non possunt, & similiter alias religionis obseruantias portare: in cuius figura 1. Reg. 17. dicitur, quoddam Dauid non poterat incedere in armis Saulis: quia non habebat vnum. Ergo videtur, quoddam non debeat aliquis religionem intrare, nisi diuturna deliberatione præmissa, & multorum consilio habito.

*fr. 14. in
Mat. an-
te me. 2*

SED contra est, quoddam dicitur Matthæi quarto, quoddam ad vocationem domini Petrus & Andreas continuo relicta rebus secuti sunt eum. Vbi Chrysostomus dicit super Matthæum †, Talem obedientiam Christus querit à nobis, vt neque instanti tempore moremur.

*lib. 3. c. 3.
60. 5.*

RESPONDEO dicendum, quoddam diuturna deliberatio, & multorum consilia requiruntur in magnis & dubijs, vt Philosophus dicit in tertio Ethic. * In his autem, quæ sunt certa & determinata, non requiritur consilium. Circa ingressum autem religionis tria possunt considerari. Primo quidem ipse religionis ingressus secundum se: & sic certum est, quoddam ingressus religionis est melius bonum. Et qui de hoc dubitat, quantum est in se, derogat Christo, qui hoc consilium dedit. Vnde Augustinus dicit in libro de Verbis Domini, * Vocat te Oriens, id est, Christus: & tu attendis Occidentem, id est, ad hominem mortalem & errare potentem. Alio modo potest considerari religionis ingressus per comparisonem ad vires eius, qui est religionem ingressurus. Et sic etiam non est locus dubitationis de ingressu religionis: quia illi qui religionem ingrediuntur, non confidunt in sua virtute se posse subsistere, sed auxilio virtutis diuinæ: secundum illud Isai. 40. Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assumant pennas sicut aquilæ: current, & non laborabunt: ambulabunt, &

*in ser. 7.
à me. il-
lius, t. 10*

non

non deficient. Si tamen sit aliquod speciale impedimentum, puta, infirmitas corporalis, vel onera debitorum, vel aliqua huiusmodi: in his requiritur deliberatio & consilium, cum his de quibus speratur quòd proficiat & non impediant. Vnde dicitur Eccles. 37. Cum viro irreligioso tracta de sanctitate, & cum iniusto de iustitia: quasi dicat, non. Vnde sequitur, Non attendas his in omni consilio, sed cum viro sancto assiduus esto. In quibus tamen non est diuturna deliberatio habenda. Vnde Hieronymus dicit in epistola ad Paulinum *, Festina queso te, & hærentis in salo nauicula funem magis præscinde, quàm solue. Tertio autem modo considerari potest modus religionem intrandi, & quam religionem aliquis ingredi debeat. Et de talibus potest haberi etiam consilium, cum his qui non impediant.

Ad primum ergo dicendum, quòd cum dicitur, Probate Spiritus si ex Deo sint, locum habet in his, quæ dubia sunt, vtrum spiritus Dei sit: sicut dubium potest esse his qui iam sunt in religione, vtrum ille qui religioni se offert, spiritu Dei ducatur, an simulatè accedat: & ideo debent accedentem probare, vtrum diuino spiritu moueatur. Sed illi qui ad religionem accedunt, non potest esse dubium, an propositum de ingressu religionis in corde eius exortum sit à spiritu Dei: cuius est ducere hominem in terram rectam. Nec propter hoc, ostenditur non esse ex Deo, quòd aliqui retrocedunt. Non enim omne quod à Deo est, incorruptibile est. Alioquin creaturæ corruptibiles non essent ex Deo, vt Manichæi dicunt. Neque etiam aliqui qui habent à Deo gratiam, possent illam amittere: quod etiam est hæreticum. Sed consilium Dei est indissolubile: quo etiam corruptibilia & mutabilia facit: secundum illud Isaiæ quadragésimosexto, Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. Et ideo propositum de ingressu religionis non indiget probatione, vtrum sit à Deo: quia certa

circa illius, incipit hæc Epi. Praeter Am. brosi tua. mihi 8. 4.

*gl. in 1^a.
sua.*

certa discussione non eget : vt dicit glossa * super illud prima ad Theff. vlt. Omnia probate .

Ad secundum dicendum , quòd sicut caro concupiscit aduersus spiritum , vt dicitur ad Galathas quinto ; ita etiam frequenter amici carnales aduersantur profectui spirituali : secundum illud Michæ septimo, Inimici hominis domestici eius. Vnde Cyrillus exponens illud Luc. 9. Permite me renuntiare his qui domi sunt , dicit : Quære renuntiare his qui domi sunt , ostendit , quòd vtrumque diuisus sit. Nam communicare proximis , & consulere nolentes aqua sapere , indicat adhuc vtrumque languentem , & retrocedentem. Propter quod audit à Domino, Nemo cum posuerit manum ad aratrum & aspexerit retro , habilis est ad regnum Dei . Aspicit enim retro , qui dilationem querit , occasione redeundi domum , & cum propinquis conferendi .

Ad tertium dicendum , quòd per ædificationem turris significatur perfectio Christianæ vitæ. Abrenunciatio autem propriorum est sumptus ad ædificandam turrim . Nullus autem dubitat vel deliberat , an velit habere sumptus , vel an possit turrim ædificare , si sumptus habeat . Sed hoc sub deliberatione ponitur , an aliquis sumptus habeat . Similiter sub deliberatione cadere non oportet , vtrum aliquis debeat abrenuntiare omnibus quæ possidet : vel si hoc faciendo ad perfectionem peruenire possit. Sed hoc cadit sub deliberatione , vtrum hoc quod facit sit abrenunciare omnibus quæ possidet : quia nisi abrenunciauerit , quod est sumptus habere , non potest (vt ibidem subditur) Christi esse discipulus : quod est turrim ædificare . Timor autem eorum qui trepidant , an per religionis ingressum possint ad perfectionem peruenire , esse irratiōnabilis , ex multorum exemplo conuincitur . Vnde Augustinus dicit 8. Confess. * Aperiebatur ab ea parte , qua intenderem faciem , & quo transire trepidabam , casta dignitas continentia , honeste blandiens , vt venirem neque dubitarem ; & extendens ad me suscipiebat .

*1 8. c. 11.
a me. 2. 1.*

dum & amplectendum pijs manus, plenas gregibus bo-
 norum explorum. Ibi tot pueri & puellæ; ibi iu-
 uentus multa, & omnis ætas, & graues viduæ, & vir-
 gines anus. Irridebat me irrisione exhortatoria: qua-
 si diceret, Tu non poteris quod isti & istæ? An isti
 & istæ in semetipsis possunt, & non in domino Deo
 suo? Quid in te stas, & non stas? Projice te in eum.
 Noli metuere. Non se subtrahet ut cadas: projice te
 securius, & excipiet te, & sanabit te.

Exemplum autem illud, quod inducitur de David,
 non facit ad propositum: quia arma Saulis, sicut glof-
 sa dicit*, sunt legis sacramenta, tanquam onerantia.
 Religio autem est suaue iugum Christi: quia ut Gre-
 gorius dicit in quarto Moralium †, Quid graue mentis
 nostræ ceruicibus imponit qui vitare omne desiderium
 quod perturbat præcipit: qui declinari laboriosa mun-
 di huius itinera monet? Quod quidem suaue iugum
 super te tollentibus refectioem diuinæ fructuionis re-
 promittit, & sempiternam requiem animarum. Ad
 quam nos perducatur ipse qui promisit; Iesus Christus
 Dominus noster: qui est super omnia Deus benedi-
 ctus in secula.

1. Reg. c.
 17. inser-
 lin. super
 id, Depo-
 suit ea.
 † l. 4. Mo-
 sal. c. 39.
 in med.

TERTII VOLVMINIS
 SECVNDÆ SECVNDÆ
 PARTIS
 Summæ Totius Theologiæ
 S. Thomæ Aquinatis
 FINIS.